8 OTT. 1968

VOTVM REDDITVM ILLVSTRISS. DD. PROTECTORIBVS COMPERARVM S. GEORGII

PER M. IO: ANTONIVM MVRCHIVM

Super Columna q. M. Baptiſtæ Spinulæ
q. Io: Antonij in capite Iulij Spinulæ
in Cartulario S.

Ad Fauorem

M. DOMINICI DE RIPAROLIA

Contra

M. R. CONSTANTIAM VICTORIAM SPINVLAM

Profeſſam in Monaſterio SS. Iacobi, & Philippi
extra Portam Aquæſolæ.

GENVÆ, MDCCXXI.

Apud Antonium Scionicum. In Vico Fili.
Superiorum permiſſu.

Civica Biblioteca Berio Genova
CIVICA BIBLIOTECA BERIO GENOVA
F.Ant.
Misc.
Gen.
B
3
15

BAPTISTA SPINULA Q. IO: ANTONII

Inſtitutor Fideicommiſſi, vt ex ſuo Teſtamento condito anno 1523. in actis nunc q. Proſperi Rouelli Notarij.

- QVILICVS obijt 1583.
  - JO: MARIA Sub cuius nomine cum fratribus, & conſobrinis cantat Colum. in Cart. S. lib. 3461. 1. 4. obijt 1601. nullis relictis liberis.
  - STEPHANVS Sub cuius nomine cum fratribus, & conſobrinis cantat Colum. in Cart. S. lib. 3461. 1. 4. obijt 1597.
    - QVILICVS obijt 1628.
      - STEPHANVS obijt 1680.
        - LAVRENTIVS ſine ſobole deceſſit anno 1700., qui in ſua vita erat admiſſus ad perceptionem tertiæ partis Columnæ.
        - R. CONSTANTIA VICTORIA Rea Conuenta
      - MARIA Uxor Jacobi Riuarolæ obijt 1695.
        - DOMINICVS Actor
  - NICOLAUS Sub cuius nomine cum fratribus, & conſobrinis cantat Colum. in Cart. S. lib. 3461. 1. 4. ſine liberis deceſſit
- AVGVSTINVS obijt 1562.
  - JO: ANTONIVS obijt anno 1581.
    - JO: AUGVSTINVS obijt 1640.
      - ORIETINA obijt 1665.
      - JO: ANTONIUS 1642. obijt
        - HIERONYMUS obijt 1715.
          - ELEONORA Vxor Stephani de Mari q. Exc. Hier.
          - HIERONYMA Vxor Auguſtini Grimaldi q. Iacobi
  - JO: BAPTISTA Sub cuius nomine cum conſobrinis cantat Columna in Cart. S. lib. 3461. 1. 4. obijt 1599. ſine liberis.
- ANGELVS JO: obijt 1560.
  - JVLIVS Sub cuius nomine cum conſobrinis cantat Columna in Cart. S. lib. 3461. 1. 4. obijt 1608.
    - PHILIPPVS obijt 1669.
      - GHERARDUS

ILLVSTRISSIMI DOMINI.

IN Cauſa mandatorum præſentatorum, alterum per R. Conſtantiam Uictoriam Spinulam, ſiuè ex eiuſdem perſona per Procuratorem Ven. Monaſterij SS. Iacobi, & Philippi, quod ſub die 19. Maij 1716. fuit deliberatum exequi per MM. Scribas Columnarum, reiecto illo præſentato per M. Gherardum Spinulam.

Et alterum preſentatum per M. Dominicum Riparolia, quod fuit reiectum ſuper eadem parte Columnæ ſcriptæ in capite MM. Filiorum qq. Angeli Ioannis, Io: Auguſtini, & Quilici, qui fuerunt filij, & Hæredes ſcripti quilibet pro tertia parte q. M. Baptiſtæ Spinulæ; ſuper quibus duobus mandatis iuſſus fui referre quid prouidendum ſit in recurſu habito ad DD. UU. Illuſtriſs., vigore Decretorum ſub die 24., & 31. Iulij anni 1719.

Chriſti Domini, & Uirginis Mariæ præſidio humillimè implorato, ſum Voti, & reffero, partes DD. UU. Illuſtriſs. fore, & eſſe reijciendi mandatum præſentatum pro parte dictæ R. Victoriæ Conſtantiæ, & caſſandi, & annullandi eiuſdem executionem factam per MM. Scribas Columnarum; & è conuerſo admittendi, & exequendi mandatum dicti M. Dominici per eoſdem MM. Scribas reiectum.

Non etenim fuit coràm me controuerſum ſuper verbis Columnæ, quin loca 34., & 61. l. 3. ſint æquè ſcripta in capite q. MM. Io: Mariæ, Nicolai, & Stephani pro æquali portione q. Quilici eorum Patris hæredis pro tertia parte dicti q. M. Baptiſtæ, cum onere fideicommiſſi, ſeù diſpoſitionis contentæ in Teſtamento eiuſdem q. M. Baptiſtæ cum prohibitione dictis tribus Hæredibus alienandi, & quod nequeant diuidi, ſed ſic perpetuò ſtare debere, ſed ex redditibus tantùm poſſit percipi, proùt prouentus, *ſingulis eorum, cui, vel quibus ſpectabunt ſingulis annis annuatìm, & de anno in annum, & caſu, quo aliter fieret per ipſos Hæredes, & Hæredum Hæredes in perpetuum, cadat ipſo iure, & ipſo facto contrafaciens à beneficio præſentis Teſtamenti.*

Proùt neque controuerſum virtute dictæ prohibitionis factæ hæredibus, & hæredum hæredibus in perpetuum, quìn reſultet fideicommiſſum eorum fauore, quibus facta fuit prohibitio, iuxtà doctrinam *Bart. in l. centurio num. 37. ff. de vulg., & pupill.* quam veram profitetur ibi *Iaſon. num. 55.*, quia dum agitur de prohibitione ſuper re, quæ erat in Patrimonio, ſiue hæreditate Teſtatoris, potiſſimùm iuncta prohibitione alienationis cum illa cauſali prædicta *Sed ſic ſcripta perpetuò ſtare debeant*, ex qua ſine dubio reſultat onus Fideicommiſſi, quod ſcriptum legitur in

principio Columnæ, & quidem reale. *Rot. deciſ.* 125. *ſub num.* 4. *verſ. quam etiam*, & *deciſ.* 193. *num.* 7. *verſ. ex quibus part. p. rec.*, *Fuſar. conſ.* 114. *num.* 36., & *quæſt.* 673. *num.* 5., & *ſeqq.* quia realitas procedit à cauſa prohibitioni adiecta *Odd. de prohib. alienat. quæſt.* 17. *num.* 71., & ita prohibitio perſonalis deſinit in realem, vt proſequitur *Rot. deciſ.* 67. *num.* 19. 20. *part.* 13. *recen.*

Fuit etiam pacificum, quod in Fideicommiſſis vbi vocantur hæredes, & hæredum hæredes intelligi tantùm vocatos hæredes ſanguinis ad extraneorum excluſionem ex latè congeſtis per *Caſtill. contr. iur. cap.* 96. *num.* 18., & *cap.* 183. *num.* 3. 5. 10., & *per tot.*, *Soccin. Sen. conſ.* 250. *num.* 3. *lib.* 2. vbi quod fatuum eſſet ſub his verbis Teſtatorem ſenſiſſe de extraneis *Peregr. conſ.* 31. *num.* 19. *lib.* 2. *Balduc. deciſ.* 49. *num.* 12. *ſub tit. de legat. Rot. deciſ.* 216. *num.* 1., & 269. *num.* 4. *part.* 5. *rec. Rot. dict. deciſ.* 67. *à num.* 1. *ad* 10. *part.* 13. *rec.*, vbi quod in hiſce hæredibus ſanguinis nec requiritur qualitas hæreditaria bonorum, quod & firmant ſuperiùs laudati *Rodulph. alleg.* 180. *num.* 3. *de Luc. de Fideicommiſſis diſc.* 145. *num.* 6. *Franch. deciſ.* 153. *nu.* 15. 16. *Rot. apud Torr. var. tom.* 2. *part.* 1. *tit.* 12. *deciſ.* 27. *nu.* 19. & 20. *Cerr. dec.* 513. *nu.* 1. 4. 5. *Rot. Florent. apud Palm. deciſ.* 427. *num.* 5. 6. *tom.* 5., & pluries deciſum fuit à DD. VV. Illuſtriſs. de Voto DD. nempè q. M. Io: Baptiſtæ Gritæ inter fratres Ualdetarios, & M. Aloyſium Benedictum Gentilem, M. Io: Bartholomæi Paſtoris ſuper Columna Piccamelia, q. M. Bartholomæi de Ruſticis ſuper Columna, ſeù multiplico q. M. Benedicti Spinulæ in quo dicta alia Vota recenſentur, quidquid exigant etiam qualitatem hæreditariam bonorum, vbi vocantur hæredes, & ſucceſſores, extranei à noſtra quæſtione.

Demùm & fuit pacificum, quod in portione ſcripta ſupèr filijs q. M. Quilici prò tertia parte ad eumdem M. Quilicum ſpectante admittendos eſſe deſcendentes ipſius Quilici, qui ſunt Hæredes ſanguinis inuitati, vt ſupra, dictum fuit, ea ratione, quod Fideicommiſſum ingreſſum in vnam lineam in eamdem continuare debet, donec ipſa linea ſit in totum euacuata *Peregr. de Fideicommiſ. art.* 27. *num.* 14. *Fontanell. dec.* 344. *num.* 14. *cum ſeqq.*, & *deciſ.* 35. *num.* 7. *Redenaſ. conſ.* 10. *num.* 87. *ad* 94. *Amat. reſol.* 10. *num.* 9. *Venturin. conſ.* 46. *num.* 34. 35. 36. *Rocc. diſp. iur. cap.* 3. *num.* 18. *Rot. dec.* 416. *num.* 2. *apud Palm. tom.* 5. in qua linea ſimiliter pacificum fuit contineri tam dictum M. Dominicum, quàm dictam R. Victoriam Conſtantiam, quantumùis profeſſam, quæ non ideò deſinit eſſe de hæredibus ſanguineis, & deſcendens, & ita capax Fideicommiſſi, à quo apertè excluſa non legitur *Rot. deciſ.* 577. *num.* 10. *part.* 13., & *deciſ.* 298. *num.* 3. *apud Palm. tom.* 5.

Vnica igitur diſputatio in eo fuit de prælatione inter dictam R. Conſtantiam

Uicto-

Victoriam, & dictum M. Dominicum, quem admittendum dixi ex eo principio indubitato, quod licèt ambo ſint de deſcendentibus, & ita de hæredibus Sanguinis, tamèn ſicuti in his ſucceſſionibus gradus ab vltimo defuncto venit deſumendus iuxtà receptiſſimam ſententiam, de qua nuperrimè pluribus cumulatis teſtantur Doctores Calderonus, & Pecenini in eorum Voto apud *Palm. deciſ.* 452. *num.* 5., *&* *D. Comit. deciſ. Florent.* 6. *n.* 11., *&* *deciſ.* 26. *nu.* 25., & paſſim relatum fuit in pluribus Uotis DD. VV. Illuſtriſs., debuit repelli in concurſu dicti M. Dominici, dicta R. Conſtantia excluſa à ſucceſſione dicti M. Laurentij Fratris, & vltimi poſſeſſoris tùm ex diſpoſitione *Statuti de Succeſſ. ab int. §. Maſculus, & Fæmina*, tùm virtute renunciationis per eamdem emiſſæ tempore profeſſionis, vt in indiuidualibus terminis deciſum fuit in ſucceſſione q. M. Babilani Pallauicini contrà RR. Annam Conſtantiam, & Mariam Victoriam eiuſdem Sorores, & profeſſas in eodem Monaſterio SS. Iacobi, & Philippi, & q. M. Carolum de Mari de Voto M. Ioſephi de Iudicibus, & exindè MM. Petri Ioannis de Turri, & Io: Dominici Caſareggij coràm Reuerendiſs., & Illuſtriſs. Officio Monialium; Cumque habeamus ibi caſum in terminis deciſum cum eſpreſſione Iurium, non videtur vlteriùs laborandum, cum caſus in contradictorio Iudicio, & plæno examine deciſus veniat attendendus *Monach. deciſ. Bonon.* 11. *num.* 86., *&* *deciſ.* 40. *punct.* 4. *nu.* 15. *Zuccard. deciſ. Lucen.* 31. *num.* 22. præcipuè vbi agitur de obſeruantia interpretatiua ſtatuti.

Illud etiam ex abundanti conſiderabam in confirmationem prædictorum Votorum pro excluſione dictæ R. Monialis, quod nempè iſta loca non erant q. M. Laurentij eiuſdem Fratris, ſed proueniebant à ſuo aſcendente paterno, nempè à q. M. Baptiſta Spinula Seniore, & quod ſtatutum nedum excludit Dicatas in bonis paternis, maternis, & aſcendentium non ſimplicitèr, vt in dicto §. *Maſculus*, ſed & augumentatiuè in §. *ſequenti* ibi, quod habeat locum reſpectu bonorum dictorum Aſcendentium, etiam quod ageretur de hæreditate fratrum, & ſororum, qui hæreditatem dictorum Aſcendentium adiuiſſent.

Vult etenim Statutum dicta bona conſiderari vt bona paterna, & aſcendentium, perindè acſi non fuiſſent delata, vel agnita ad profeſſarum excluſionem ex traditis per *Franch. deciſ.* 92. *num.* 5., *Rouit. deciſ.* 99. *num.* 5. *vbi Altimar. num.* 5. vbi aduertit non eſſe habendam rationem de opinione contraria. *Carleual. Georgij, & de Ponte conſ.* 61., qui ſcripſit, & ſuccubuit in caſu *dictæ deciſ. de Franch.*, & cuius ſententia fuit in gradu reuiſionis confirmata ſecundum *Cenſal. ad Peregr. de Fideicomm. art.* 20. *in principio Afflict. deciſ.* 237. *num.* 4. *Altograd. contr.* 27. *num.* 13. vt hinc argui poſſit, quod ſuper hac Columna ſemper potiora ſint iura dicti M. Dominici vti filij, & deſcendentis à ſorore di-

cti q.

cti q.M.Stephani Patris dictæ Monialis,ad cuius ſucceſſionem inuitatur à Statuto,dum adhuc conſiderantur dicta bona tamquàm paterna,& auita.

Et quidquid diſputari contigeret, ad quos ſpectet ſucceſſio, an ad ſolos fratres, & ſorores excluſæ, an etiam ad fratres, & ſorores Patris defuncti iuxtà quæſtionem,de qua apud *D. Palm. allegat.* 374. 375.,& apud D. de Caſaregis ad dictum Statutum §. 13. *verſ. ſed omnia bona*, vbi etiam plena allegatio D. Bottini,diſputatio tamen vnicè verſabatur in admittendis potiùs fratribus Dicati, vel defuncti, dum ſtatutum vult omnia dicta bona peruenire debere ad alios Fratres, & Sorores, & eorum liberos, quæ verba non videntur conſtitutiua nouæ diſpoſitionis, ſed magis relatiuas ad omnes caſus à ſtatuto definitos, ne alioquim fiat eluſoria ipſa relatio *Loffred. conſ.* 39. *per tot. Caſanat. conſ.* 47. *num.* 118. *Crauet. conſ.* 987. *num.* 23., ne alias facta reſtrictione ad fratres Dicati occurrant abſurda, de quibus in allegatione dicti *D. Bottini nu.* 16., & aliud pateticum, quod ſi quis nuberet viuente Patre, & haberet maſculum filium, & ſororem ex eodem Patre, ſi ob mortem Uxoris profiteretur in Religionem, eiuſq; Pater moreretur abinteſtato; Nepos ex ipſo Religioſo excluderetur à ſucceſſione Aui per Amitam, ſi excluſo profeſſo, deberent ſuccedere alij Fratres, & Sorores ipſius Dicati, non ſecundum, ſed contra formam præſentis ſtatuti, quod obiter dictum ſit, cum articulus in dictis votis ſit expreſsè deciſus fauore omnium venientium ab inteſtato; Et in effectu omnes quo ad excluſionem Monialis videntur conuenire, & ipſemet D. Bottinus *num.* 17. quantum attinet ad hæred tatem, & bona Patris, vt in noſtro caſu dicti M. Stephani, ſi eadem conſideremus, perindè ac ſi agnita non fuiſſent à dicto q. M. Laurentio, quo poſito, aperta ſunt iura dicti M. Dominici prælatiuè quo ad omnes alios.

Et hac ratione infertur ad Fideicommiſſum relictum hæredibus ſeu de hæredibus in hæredes, quod idem ſonat ac de deſcendentibus in deſcendentes *Rot. dicta deciſ.* 57. *n.* 9. *part.* 13., *&* *deciſ.* 427. *n.* 7. *apud D. Palm. tom.* 5. Profeſſas nullatenus ſuccedere in concurſu alteriùs eumdem excludentis, attenta diſpoſitione præditi Statuti, cui ſe conformaſſe Teſtatorem præſumendum eſt. *Alciat. conſ.* 53. *num.* 4., & poſt eum *Peregr. de Fideicommiſ. artic.* 28. *num.* 91. 92. *Merlin. deciſ.* 447. *nu.* 17. 20. 21. quas refet, & ſequitur *D. Caſareg. ad dictum Statutum verſ. in bonis paternis num.* 8. *fol.* 257.

Et iſta præſumptio conformitatis cum Statuto eruitur ex Teſtamento ipſius q. M. Baptiſtæ,qui poſtquàm legauerat aliqua bona Magdalenæ filiæ, adiecit clauſulam, quod ſi eadem ſe dedicauerit in aliquo Monaſterio, nihil omninò habere deberet ex bonis ipſius Teſtatoris, non obſtante præſenti legato dictorum bonorum, vt hinc argui poſſit eius intentio excludendi cæteras Moniales ad fauorem aliorum deſcendentium *Viuius dec.*

414.

414. *nu.* 11. vbi hanc coniecturam vocat palpabilem rationem *Peregr. conſ.*23. *n.*6.14. vbi quod in mentem ſenſati hominis cadere non poteſt, vt qui propriam filiam, excluſerit propter qualitatem monacationis, vocare voluerit remotiores eamdem qualitatem habentes ſequitur *de Luc. de Fideicommiſ. diſc.* 63. *num.* 4.

Non me latet hoc vltimum fundamentum non placuiſſe M. Bartholomæo de Ruſticis in prælegato Voto, ſed ibi non agebatur de excluſione Religioſorum, & concurrebant ad ſucceſſionem in bonis maternis filij ex diuerſis Matrimonijs, qui habebant claram diſpoſitionem ad eorum fauorem Statuti prædicti in §. *Matri decedenti*, quo ſecluſo, vix eſt, vt declinare potuerit vim dictarum authoritatum, quibus nullum congruum reſponſum dedit cæteris argumentis parum concludentibus, nec enim *Rot. deciſ.* 206. *num.* 20. *part.* 6. quàm allegat, quicquam loquitur de Statuto purificante caſum aditæ, & non aditæ hæreditatis, vlterius ibi agebatur de prælatione non excluſi hìc è contra de excluſione profeſſæ in Religione contradicentis cum altero vocato, ipſa excluſa.

Et quod plus eſt agitur de bonis ſubiectis Fideicommiſſo quæ nequeunt alienari, ſed ſolum poſſunt recipere de prouentibus ille, vel illi, ad quem, vel ad quos ſpectabunt, vt adhuc conſiderentur vti bona paterna Fideicommiſſaria in quibus ſucceditur Patri, à quo prouenit, non autem vltimo defuncto *Roſa conſult.* 2. *n.*43. *Peregr. de Fideicom. art.*21. *n.*22., *&* *artic.* 25. *num.* 39., & ob id dictus Dominicus dicitur in his ſucceſſor q. Stephani, non dicti q. Laurentij, vt totidem verbis dixit *Torr. var. lib.* 2. *tit* 9. *quæſt.* 7. *à num.* 25. *ad* 50., cumque iſta diſponendi forma videatur nil aliud importare, quàm vt ſuccedant illi, vel ille, ad quem, vel ad quos de iure ſpectabunt dicti prouentus *Roſa dict. conſult.* 2. *Galeot. dict. cont.*10. *n.* 21. *lib.*1. *Torr. eadem quæſt.* 7. *n.* 25., Propterea dicta Vota circa excluſionem monialium ab hæreditate dicti M. Babilani Pallauicini, applicantur caſui preſenti ad excluſionem dictæ R. Victoriæ Conſtantiæ, & cum nullus alius ſit, eadem excluſa qui in dicta linea concurrat, vel concurrere poſſit cum dicto M. Dominico, de iure ad ſucceſſionem, ſuperfluum eſt ad alios articulos diuertere in caſu præſenti.

Sicuti extraneã reputaui quæſtionem conformitatis cum diſpoſitione Statuti, & diſtinctionem partis diſpoſitiuæ à parte conditionali, nam ſuppoſita, vt ſuperiùs dixi, realitate prohibitionis vtpotè veſtita à ſua cauſa, & vocatione eorum, ad quos ſpectabunt prouentus, planum eſt ſiuè in parte diſpoſitiua, ſiuè in conditionali, dictum Fideicommiſſum cenſeri factum ad fauorem venientium ab inteſtato *l. qui filium* 74. *ff. ad Trebell. l. peto* 71. *ff. de legat.* 1. *Peregr. conſ.* 45., *&* 53. *lib.* 5. *Manſ. conſult.* 216. *nu.* 11. *Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 15. *nu.*14., & ſic fauore deſcendentium, quorum ſemper eſt prima cauſa ſucceſſionis, ſiuè maſculi ſint,

ſiuè

ſiuè feminæ de iuri communi *l. fin. C. de ſuis, & legit. hæred. Surd. conſ.*140.*n.*22. 23., & 57. *Merlin. deciſ.*890. *nu.*12. *Palm. allegat.* 98., ſiuè de iure ſtatutario, quod ſemper preualet circa tamen gradum, & proximitatem, non verò quo ad alias qualitates, & circumſtantias incluſiuas, vel excluſiuas, vt quia dubitetur vtrum quis ſit vocatus, vt eſt M. Francus Spinula, quia licet ſucceſſerit dicto M. Laurentio ab inteſtato, non habebat tamen vocationem ad iſtam Columnam, cum non ſi de deſcendentibus à Columnante, cuius voluntas, ſecluſo gradu, circa quem non diſpoſuiſſet, ſemper eſt attendenda, vt diſtinguit *Fuſar. conſ.* 12.*nu.* 17., & *quæſt.*484.*nu.*22. *Venturin. conſ.* 25. à *nu.* 140. *Rodulph. allegat.* 105.*nu.* 26. *Rot. poſt Urceol. de tranſact. deciſ.* 65. *nu.* 22., & Votum prædictum apud *Palm. dec.* 452. *num.* 18. ægregiè *Menoch. conſ.*1127. *n.*19. *Canc. var. lib.*1.*cap*.... *n.*293. *ver. his non obſtantibus*, propterea non eſt dubium in noſtra Columna ſub prædictis verbis contineri dictam R. Conſtantiam Victoriam, & dictum M. Dominicum, ſed dubium vnicè verſatur circa illorum admiſſionem, quæ etiam in materia fideicommiſſi deſumenda venit iuxtà ordinem à iure præſcriptum, iuxta *Text. in l. cum ita legatur* §. *In Fideicom. ff. de legat.* 2. *Fuſar. conſil.*73. *num.* 13., & 17., & *conſil.*93. *num.* 11., & *de ſubſt. quæſt.* 379. *num.* 62. *Peregr. conſil.* 42. *num.* 2. *lib.* 3., & *de Fideicom. art.*25. *nu.*49. *poſt med. Viuius deciſ.* 295. *nu.* 5. 6. *lib.* 2. *Magon. deciſ. Florent.* 37. *nu.* 34. *Altograd. contr.*70. *nu.* 29., ſiuè agatur de parte diſpoſitiua, ſiuè de conditionali, cum ſemper in ordine ad gradum ſuccedendi interpretatio ſumenda ſit ex Statuto ex congeſtis in allegato Uoto DD. Badiæ, & Bonfinij apud *Palm. deciſ.* 451. *nu.* 19. §. *Atque hinc nu.* 20., vbi reſpondendo obiectioni, quod ad excludendum aliquem in verbis vocationis compræhenſum fragilis reputatur iſta coniectura, vt docte opponebat D. Aduocatus dictæ Religioſæ, oſtendunt quod in hoc caſu recurſus ad Statutum determinans huiuſmodi ſucceſſiones, non tantum prouenit ex coniecturata mente defuncti, quàm ex quadam neceſſitate ad talem interpretationem nos impellente, vt diſpoſitio ad praxim reduci poſſit prò eligendo in concurſu vnum poſt alium tam reſpectu ſexus, quàm gradus, idque ex ea indubitata, ratione, quod cauſa Teſtati etiam in Fideicommiſſi diſpoſitionibus à cauſa inteſtati, normam, & declarationem recipiat *Gloſſ. in dict. l. cum ita* §. *In Fideicom. Socin. Sen. conſ.* 249. *ſub num.* 20. *vol.* 2. *Socin. Iun. conſ.* 140. *nu.*7. *vol.* 1. *Fuſar. dict. conſ.* 73. *nu.*5., & *conſ.* 85. *nu.*1., & *de ſubſtit. quæſt.* 387. *nu.*16., & 481. *nu.*1. *Torr. de maiorat. part.*1. *cap.*7. *nu.* 25. *D. Bottin. apud Palm. deciſ.* 396. *nu.* 92. *idem Palm. deciſ.* 213. *num.* 26. *tom.* 3.

Id quod potiſſimùm procedit in vocatione facta per nomina collectiua, vt

eſt illa

eſt illa hæredum, & ſucceſſorum, ſeu deſcendentium, in qua cum nullus ordo ſuccedendi præſcriptus ſit, neceſſariò attendendus eſt ordo à iure deſignatus *Peregr. conſ. 51. nu. 15. Altograd. contr. 53. nu. 3., & ſeqq. Mart. de ſucceſſ. leg. par. pr. qu. 12. art. pr. nu. 7. Rot. poſt Torr. de Maiorat. deciſ. 50. nu. 24. Cerr. deciſ. 875. nu. 3., & deciſ. 183. nu. 5. par. 17. rec.* quod intelligendum de iure ſtatutario potius, quam de iure Romanorum *Peregr. conſ. 41. nu. 11. lib. 5., & de fideicom. art. 20. nu. 25., & art. 25. nu. 53. Manſ. conſult. 21. nu. 3., & 148. n. 45. Fuſar. de ſubſtit. qu. 481. nu. 7. Rot. deciſ. 142. nu. 31. cum ſeqq. p. 17. rec., & deciſ. 451. num. 6. apud Palm. tom. 5., & deciſ. 452. à n. 1. ad nu. 8.*, vbi reliqui ad ſatietatem concedentes inſubſtantia cum theorica *Bart. in dict. l. cum ita n. 4. in l. hæredes mei ff. ad Trabell.* à qua tam in conſulendo, quam in iudicando non eſſe recedendum dixit *Peregr. conſ. 152. num. 11. lib. 5.*, & temerarium fore contra eamdem conſulere dixit *Rot. dict. deciſ. 142. nu. 16. par. 17. rec.*, & doctè proſequti fuerunt MM. qq. Lucas Andreas Pizzurnus, & Ioſeph Solarius ſuper Columna q. M. Baldaſſaris Lomellini anno 1700. 6. Septembris, in §. *quod autem verſemur in Fideicommiſſo*; M. Io: Baptiſta Gritta ſuper Columna q. M. Baptiſtæ Gropalli anno 1696. 29. Martij §. *nam ſuper illa diſpoſitione propè fin.* vbi in ſpecie reprobat *Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 237.* in contrarium laudatum ad probandum hic non agi de fideicommiſſo, ſed de annua præſtatione ſpeciem alimentorum præſeferente, contrà quem fuerat etiam deciſum, cum verùs ſit in ſimilibus Columnis ſiuè agatur de iure diſpenſandi, ſiuè diſtribuendi, ſiuè de vocatione ad prouentus ſuccedi per Fideicommiſſum, vel ad inſtar fideicommiſſariæ ſucceſſionis, & dictus M. Bartholomæus de Ruſticis in dicto Voto §. *Motus*, vbi quod ſecundum Bart. opinionem fuit pluries de Voto CC. iudicatum ab hoc Illuſtriſs. Tribunali, à quo etiam prouiſum fuit ſecundum Vota prædictorum MM. de Turri, & Caſareggi, & M. de Iudicibus, reiectis ſororibus dicti q. M. Babilani tamquàm excluſis à Statuto.

Cæterùm quatenùs prædicta poſſent pati, pro vt penes me non patiuntur dificultatem, ſolidum, & inconcuſſum remanet aliud fundamentum renunciationis factæ per dictam R. Uictoriam Conſtantiam in ingreſſu Religionis, quæ quidem renunciatio concepta iiſdem ferè verbis, & clauſulis, ac illæ, de quibus in dictis Votis in cauſa hæreditatis dicti q. M. Babilani Pallauicini eamdem rationem decidendi aperiunt in præſenti Columna.

„ Siquidem volens quæ mundi ſunt mundo relinquere intuitu profeſſionis
„ emittendæ, acceptatis ſummis ſibi, & Monaſterio promiſſis pro omni
„ eo, & toto quod quidquid, & quantũ eadem, & ex eius perſona Monaſte-
„ rium prætendere poſſet, & poterit in futurum renunciauit, ceſſit, & do-

nauit

,, nauit ſuis fratribus pro ſe, & eorum ſucceſſoribus quibuſcumque, exclu-
,, ſa tamen ab eis dicta R. Conſtantia Uictoria, eiuſque Monaſterio me-
,, diante, excluſo etiam dicto Monaſterio, & illius monialibus omnia, &
,, ſingula iura, & actiones, quæ ſibi competunt, & competere poſſent, &
,, poterant in bonis paternis, maternis fratrum, & ſororum, & illorum an-
,, teceſſorum, & propinquorum tam ratione legitimæ, & dotis, ac alimen-
,, torum, quàm alio quouis iure, ratione, & cauſa, tam vigore Inſtrumen-
,, torum, Teſtamentorum, quam ſine, ac aliter quomodocumque tam ex
,, Teſtamento ex cauſa de præterito, quàm ab inteſtato ex cauſa de præteri-
,, to, præſenti, & futuro, etiamſi bona, & hæreditas prædicta, aut aliquid
,, eorum transferetur in alium, ſeu alios, cui ſeu quibus ipſa, ſeu ex eius
,, perſona dictæ R. Monialis dicti Monaſterij ſuccedere poſſent, & debe-
,, rent, quibus omnibus, & etiam ſpei cuiuſcumque ſucceſſionis tam de
,, preſenti, quàm de futuro renunciauit ad fauorem ſuorum fratrum, ac
,, hæredum, excluſa tamen ab eis prædicta ſorores Conſtantia &c. Quæ ſunt ipſiſſimæ Clauſulæ, quæ leguntur in vna ex renunciationibus factis à RR. Sororibus q. M. Babilani Pallauicini ad fauorem q. M. Cipriani Patris pro ſe, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, quas prætereà retulerunt dicti DD. de Iudicibus, & DD. Caſaregius, & Torre eſſe reales abdicatiuas, & penitus extinctiuas, per quas ita ſublatæ ſint de medio renunciantes tamquàm ſi eſſent mortuæ, & amplius in rerum natura non exiſterent iuxta dictum Uotum impreſſum in *Mantiſs. ad Torr. de pactis futur. ſucceſſ. à n.58. ad 66., & n.67.* vbi quod ita ſublatæ de medio faciunt locum ſequentibus in gradu per ſucceſorium edictum, quod & repetit à *num. 69. vſq; ad fin.*, quæ omnia hic fortius vrgent, quia ibi diſputabatur an fuiſſent dictæ RR. Moniales reintegratæ per inſtitutionem factam à dicto q. M. Babilano illorum, qui à Statuto vocantur ad ſucceſſione, pro vt reintegratas fuiſſe retulerunt MM. Ioſeph Maria Spinula, & Bartholomæus Ruſtici R. S. Octauiam Fælicem Lomellinam poſt renunciationem, inſtitutam hæredem à q. M. Hieronymo Lomellino eiuſdē Genitore ac renunciatario, quaſi eo caſu renunciatio fuerit extinctiua ex parte Monialis renunciantis, ſed translatiua ex parte renunciatarij, tamen quidquid ſit de dicta diſtinctione, de qua in dicto Uoto ſuper dicta Columna dicti q. D. Baldaſſaris Lomellini, nulla in caſu noſtro facta fuit reintegratio dictæ R. Conſtantiæ Victoriæ, nullaque emergit dubitatio quin ſub illis verbis *quouis alio iure, actione. & cauſa, & tam vigore Inſtrumentorum, Teſtamentorum, & aliter quomodocumque ex Teſtamento ex cauſa de* præterito cenſeri etiam renunciatum Fideicommiſſis *Rot. in Mantiſs. ad Tor. de pactis 26. deciſ. 10. nu.2.3.4., & deciſ. 13. per tot. ſign. nu. 9. deciſ. 23. nu.6., & deciſ. 45. n.1.2. poſt Galerat. de renunciat. deciſ. 62. nu.5. poſt Torr. de pactis Palm. alleg.*

196.

296. *nu.* 6., *&* 297. *nu.* 8. *Torr. var. tom.* 2. *tit.* 6. *quæſt.* 4. *n.* 6. *fol.* 17., & Uotum dictum MM. Spinulæ, & de Ruſticis pro dicta R. D. Octauia Fælice §. *His tamen non obſtantibus*, vbi inter alios adducunt *conſ. Altograd.* 66. *per tot. lib.* 1., quod eſt deciſiuum etiam in foro conſcientiæ, vt dictus Auctor in fine dicti Conſilij teſtatur.

Sicuti, & certum videtur etiam poſita renunciatione abdicatiua ex parte renunciantis, & tranſlatiua ex parte renunciatarij, ipſam renunciantem ſemper conſiderari debere vti excluſam *Rot. poſt Paulut. diſſert.* 84. *deciſ.* 1. *nu.* 12. *Cerr. deciſ. fin. n.* 8. vbi addit renunciantem vti de medio ſublatam tamquam mortuam non computari ad retardandam immiſſionem alijs vocatis, quod, & proſequitur dictum Votum poſt *Mantiſſ. ad Torr. nu.* 67. 68., & in noſtro caſu *idem Torr. var. lib.* 2. *tit.* 9. *cit. quæſt.* 7. *nu.* 8. 9. 10. *Altograd. dict. conſ.* 66. *nu.* 6. *nu.* 45. *ad fin.*

Adducebat D. Aduocatus dictæ R. D. Uictoriæ Conſtantiæ, qui in tenui cauſa, nec ſtudio, nec labori pepercit, & nil fere intactum reliquit, quod dicta renunciatio patiebatur reſtrictionem erga fratres, & eius deſcendentes ex deciſis per *Dunnoz. Iun. apud Marin. reſol.* 190. *lib.* 2. *apud eumdem Dunnozett. deciſ.* 641. dicta tamen deciſio fuit reuocata apud eumdem *deciſ.* 676. *repetita apud Michalor. de fratribus deciſ.* 39. vbi ponderando illa verba, *perindè ac ſi vnquam fuiſſet in rerũ natura*, quæ equipollent clauſulæ *ab eis tamen excluſa dicta Reu. Victoria Conſtantia, eiuſque perſona mediante, excluſo etiam dicto Monaſterio, & illius Monialibus* demonſtrat renunciationem eſſe verè realem ad fauorem omnium, qui vocantur ad ſucceſſionem excluſo Fiſco, cui adhuc deberent præferri vt ſubdit *num.* 34. ſublatis omnibus fundamentis in hac parte, de quibus in præcedenti *deciſ.* 641.

Ponderabat etiam renunciationem, ſeu donationem factam M. Stephano Patri, de quibuſuis ſummis ipſi deliberatis pro ſuffragio dotis, ſiue monacatione, & in ſpecie iura, quæ competere poſſent ex diſpoſitione q. M. Hieronymæ vxoris q. M. Quilici Spinulæ ob conditionem *che ſe detto M. Stefano moriſſe ſenza ſucceſſori di legitimo matrimonio, ò ſi faceſſe Religioſo, in tal caſo ſucceda il detto M. Gio: Maria in compagnia delle ſue Sorelle &c.* quaſi iſta expreſſio ſpecialis demonſtret, quod ſub verbis generalibus nequeant contineri alia Fdeicommiſſa, de quibus nil fuit dictum, nec cogitatum dici poſſit ex *Sanfelic. deciſ.* 202. *nu.* 34., cum renunciatio de ſui natura ad ignorata extendi non poſſit, *Peregr. de Fideicom. art.* 52. *num.* 10. *cum ſeqq.*

Sed reſponſum fuit ex verbis dictæ conditionis, nullum reſultare Fideicommiſſum ad fauorem dictæ Religioſæ, cum receptum ſit noſtris temporibus filios in conditione poſitos, vbi non ſunt verba perpetuitatis, nec concurrit votum agnationis, numquàm cenſeri vocatos iuxtà *gloſſ. in l. Lucius l.* 2. *ff. de hæred. inſtituend.* paſſim vbique receptam ex relatis, per de *Comit. deciſ. Flor.* 60. *num.* 3., *& per tot.*

l. 2. *ff.*

Item nec requiri ſcientiam in ſpecie Fideicommiſſi in huiuſmodi renunciatione, ſed ſufficere renunciationem ampliſſimam cuicumque Iuri ex Teſtamentis, de quibus ſatis eſt fuiſse in genere cogitatum, vt incluſa cenſeantur Fideicommiſsa, non obſtante allegata ignorantia *Actolin. reſol.* 113. *nu.* 14. 15. *Palm. alleg.* 152. *nu.* 18. *Conciol. allegat.* 31. *nu.* 34. *Torr. de pactis lib.* 2. *cap.* 38. *nu.* 102. 104., vbi ponderat illa verba *pro omni eo, & toto, & cap.* 40. *nu.* 37. vbi quod potiſſimum procedit in renunciatione ex cauſa ingreſſus in Religionem, vt poſt *de Luc. de legat. deciſ.* 33. *nu.* 13. *poſt Salgad. deciſ.* 25. *nu.* 13. cum reliquis apud *de Comit. deciſ. Flor.* 4. *num.* 22., *& alijs ſupra alleg.*

Cæterum nec dicta *deciſ. Sanfelic.* applicatur caſui, ibi vni tantum facta fuerat renunciatio, quæ nec erat ex cauſa Religionis, hic fuit neceſſaria expreſſio donatorum Patri, quia pręceſſerat generalis erga fratres, eorumq; hæredes, & ſucceſſores quoſcumque; vnde opus erat ſeparare ſpecies à genere, & dicta ſeparatio nil commune habebat cum bonis renunciatis, alijſque iuribus, nihil ex eis retento, ſaluis dictis libris Ducentis ſibi ſingulis annis ſoluendis, & ſaluo quocumque annuo redditu, ſeu annua pręſtatione à quauis perſona particulari ſibi promiſſa, dicta quippè reſeruatio clarè ſignat cætera omnia, in renunciatione contineri *Vrceol. de tranſact. qu.* 81. *nu.* 20. *in fin. Rot. deciſ.* 219. *nu.* 28. *par.* 11., *& deciſ.* 653. *nu.* 19., *& poſt de Luc. de conflict. legal. in Mantiſſ. deciſ.* 23. *nu.* 18. proſequitur *de Comit. dict. deciſ. Flor.* 4. *nu.* 23. *cum ſeqq.* alia fundamenta adducens non reaſſumenda, vbi paruitas negotij, nec maiorem requirit prolixitatem, ſemper obſeruato, quod renunciationes Monialium ſunt large interpretandæ *Rot. in Mantiſſ. apud Torr. de pactis deciſ.* 12. *nu.* 7. *deciſ.* 13. *nu.* 10., *& deciſ.* 22. *nu.* 12., præcipuè ſi iuramento vallatæ cum renunciatione omni Iuri, & legum auxilio, vt eſt prædicta, quod ſufficit ad euitandum obiectum *l. de his ff. de tranſact. Schetin. de pactis par.* 3. *ſect.* 4. *quæſt.* 2. *nu.* 31. *Altograd. dict. conſ.* 66. *nu.* 33. vbi de communi, & magis communi opinione, cumque Statutum ſollicitum fuerit de ipſis excludendis, & Genitores æquè ſolliciti curent ſolemnem, & effuſam renunciationem etiam in caſum, quo bona & hæreditas delata ſint ipſi Moniali, &, ea mediante, Monaſterio, vt ea ſemper remaneat excluſa, & excluſum dura exemplo res eſſet eas admittere ad tollendam ſucceſſionem ſuccedere debentibus, & recedere à Votis approbatis pro eiuſdem excluſione. Et ita &c.

Salua ſemper benigna cenſura DD. VV. Illuſtriſs.

Dactum Genuæ è Studio meo hac die 15. Ianuarij 1721.

Additiſſimus Famulus

Io: Antonius Murchius Conſultor.

100854

Civica Biblioteca Berio - Genova